

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie q
cum fonte primo

Sole diuicie uere sunt
que nos uirtutibus diuites faciunt.
Si ergo, fratres, diuites esse cupitis,
ueras diuicias amate.
Si culmen ueri honoris queritis,
ad celeste regnum tendite.
Si gloriam dignitatum diligitis,
in illa superna angelorum curia ascribi festinate.

Gregorius omelia XV. super illud:
Exiit qui seminat et cetera.

Solae autem diuiciae uerae sunt,
quae nos diuites uirtutibus faciunt.
Si ergo, fratres carissimi, esse diuites cupitis,
ueras diuicias amate.
Si culmen ueri honoris quaeritis,
ad caeleste regnum tendite.
Si gloriam dignitatum diligitis,
in illa superna angelorum curia adscribi festinate.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 15.1
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.104, ll.20-25).